la prima quarta: et medietas motus puenientis a p̄portione quam habet b. p̄ofia ad punctum initiatium c. medii tantummodo est gradus medius motus quo b. p̄ofia mouetur in tota hora adequate: igitur gradus medius motus quo mouetur b. p̄ofia in illa prima quarta est maior in p̄portione supra tripartiente quartas quam gradus medius motus quo mouetur eadem b. p̄ofia in tempore in quo c. mediu pertransit quod fuit probandum. Consequentia patet cum maiore: et probatur maior quo ad primam partem videlicet q̄ medietas motus puenientis a p̄portione quā habet b. p̄ofia ad punctum initiatium c. medii cum tribus quartis eius coniunctis est gradus medius motus quo mouetur eadem p̄ofia b. in prima quarta: quia motus quo mouetur b. p̄ofia in prima quarta incipit a motu pueniente a p̄portione quam habet b. ad punctum initiatium c. medii et terminatur ad motum puenientem a tribus quartis eiusdem p̄portiois vt patet intuitu: igitur medietas motus aggregati ex motu pueniente a p̄portione quam habet b. p̄ofia ad punctum initiatium c. medii et ex motu pueniente ex tribus quartis eius est gradus medius inter illos. patet consequentia ex primo correlatio prime conclusionis secundi capitis secunde partis: et per consequens medietas motus puenientis a p̄portione quam habet b. p̄ofia ad punctum initiatium c. medii et tribus quartis eius adiunctis est gradus medius motus quo mouetur b. p̄ofia in illa prima quarta quod fuit probandum. Jam probat secundam partem minoris videlicet q̄ medietas motus puenientis a p̄portione quam habet b. p̄ofia ad punctum initiatium c. medii est gradus medius motus quo mouetur eadem b. p̄ofia in tempore in quo c. mediu pertransit adequate: quia cuiuslibet motus vniiformiter diffinis ad non gradum terminati gradus medius est medietas motus remississimi qui non est in illo motu totali vniiformiter diffinis vt patet facile intelligenti tertium caput secundi tractatus: sed motus puenientis a p̄portione quam habet b. p̄ofia ad punctum initiatium c. medii est remissimus qui non est in illo motu totali quo mouetur adequate in tempore in quo c. mediu pertransit: igitur gradus medius motus quo mouetur in tempore in quo b. p̄ofia c. mediu pertransit est medietas motus puenientis a p̄portione quam habet b. p̄ofia ad punctum initiatium c. medii quod fuit probandum. Consimiliter omnino probabis in omnibus speciebus p̄portionum: videlicet q̄ inter punctum initiatium c. medii et punctum intrinsecum ad quod b. p̄ofia habet in qua volueris specie p̄portiois p̄portioem minorem, medietas prima pars p̄portionalis adequate c. medii diuisa in partes p̄portionales p̄portione dupla ad illam speciem p̄portiois.

¶ Hoc supposito probatur antecedens quod assumptum est in replica, et sit b. p̄ofia que c. mediu inuariatam transendo continuo vniiformiter remittit motum suum ad non gradum in extremo intensiori eiusdem c. medii, et sit a. p̄ofia maior quecuq̄ volueris: cuius p̄portio ad punctum initiatium c. medii in extremo remissiori sit in f. p̄portione maior p̄portione b. p̄ofie ad idem punctum initiatium c. medii et ponatur b. p̄ofia ad punctum intrinsecum c. medii ad quod habet p̄portioem in f. p̄portione minorem p̄portione eiusdem b. p̄ofie ad punctum initiatium c. medii, et manifestū est q̄ p̄portio ipsius a. ad punctum initiatium c. medii est in duplici f. p̄portione maior p̄portione ipsius b. ad illa

illa puncta mediant septem sexdecimae, quae sunt prima pars proportionalis proportione supratripartiente nonas, ut patet intelligenti quintum caput primae partis, igitur. Antecedens probatur, quia B potentia in instanti terminativo primae quartae temporis, in quo adaequate C medium pertransit, habet ad punctum, in quo tunc est, proportionem in sexquitercio minorem ad proportionem, quam habet ad punctum initiativum, et in eodem instanti terminativo primae quartae illius temporis est in fine septem sexdecimarum C medii pertransitarum ab ipsa B potentia, igitur inter punctum initiativum C medii et punctum, ad quod B potentia habet in sexquitercio minorem proportionem quam ad punctum initiativum, mediant septem sexdecimae C medii. Quod fuit probandum. Consequentia patet, et maior probatur, quia in prima quarta temporis, in quo adaequate B potentia C medium pertransit, perdit eadem in prima quarta illius temporis moveretur adaequate ad punctum initiativum C medii, quia illa proportio debet uniformiter continuo deperdi, igitur in instanti terminativo illius quartae habet tres quartas praecise illius proportionis, quam habet ad punctum initiativum, et per consequens proportionem in sexquitercio minorem. Quod fuit probandum. Nunc probo minorem, videlicet quod in instanti terminativo primae quartae illius temporis est in fine septem sexdecimarum ab ea pertransitarum et cetera, quia si B potentia in prima quarta illius temporis moveretur adaequate ita velociter sicut in tota hora cathegorematicae, puta gradu medio totius motus, B potentia in illa quarta pertransiret adaequate unam quartam C medii, quae est quatuor decimae sextae, ut patet ex secundo notato tertii capitis secundi tractatus, sed modo movetur B potentia in illa quarta in proportione supratripartiente quartas velocius. Igitur modo pertransit in illa quarta septem sexdecimas, (quandoquidem septem sexdecimarum ad quatuor sexdecimas est proportio supratripartiens quartas), et per consequens in fine illius primae quartae temporis, in quo C medium pertransit B potentia, est in fine septem sexdecimarum ab ea pertransitarum. Quod fuit probandum. Consequentia patet cum maiore, et minor probatur, quia gradus medius motus, quo B potentia movetur in illa quarta, est in proportione supratripartiente quartas maior quam gradus medius motus, quo eadem B potentia movetur adaequate in tempore, in quo C spatium sive medium pertransit. Igitur B potentia in illa prima quarta movetur in proportione supratripartiente quartas velocius quam in toto tempore, quo C medium pertransit. Quod fuit probandum. Antecedens probatur, quia motus, qui provenit a proportione, quam habet B potentia ad punctum initiativum C medii, cum tribus quartis eiusdem proportionis ad motum provenientem a proportione, quam habet B potentia ad punctum initiativum C medii, tantummodo est proportio supratripartiens quartas, ut patet, quia inter illas proportiones est proportio supratripartiens quartas. Igitur medietas motus proveniens a proportione, quam habet B potentia ad punctum initiativum C medii, cum tribus quartis eiusdem proportionis adiunctis est maior in proportione supratripartiente quartas quam medietas motus provenientis a proportione, quam habet B potentia ad punctum initiativum C medii, tantummodo, ut patet undecima suppositione secundi capitis secundae partis, sed medietas motus provenientis a proportione, quam habet B potentia ad punctum initiativum C medii, cum tribus eius quartis adiunctis est gradus medius motus, quod B potentia movetur in illa prima quarta, et medietas motus provenientis a pro-

portione, quam habet B potentia ad punctum initiativum C medii, tantummodo est gradus medius motus, quo B potentia movetur in tota hora adaequate, igitur gradus medius motus, quo movetur B potentia in illa prima quarta, est maior in proportione supratripartiente quartas quam gradus medius motus, quo movetur eadem B potentia in tempore, in quo C medium pertransit. Quod fuit probandum. Consequentia patet cum {minore}³, et probatur maior quoad primam partem videlicet, quod medietas motus provenientis a proportione, quam habet B potentia ad punctum initiativum C medii, cum tribus quartis eius coniunctis est gradus medius motus, quo movetur eadem potentia B in prima quarta, quia motus, quo movetur B potentia in prima quarta, incipit a motu proveniente a proportione, quam habet B ad punctum initiativum C medii, et terminatur ad motum provenientem a tribus quartis eiusdem proportionis, ut patet intuitu. Igitur medietas motus aggregati ex motu proveniente a proportione, quam habet B potentia ad punctum initiativum C medii, et ex motu proveniente ex tribus quartis eius est gradus medius inter illos. Patet consequentia ex primo correlario primae conclusionis secundi capitis secundae partis, et per consequens medietas motus provenientis a proportione, quam habet B potentia ad punctum initiativum C medii, et tribus quartis eius adiunctis est gradus medius motus, quo movetur B potentia in illa prima quarta. Quod fuit probandum. Iam probo secundam partem minoris videlicet, quod medietas motus provenientis a proportione, quam habet B potentia ad punctum initiativum C medii, est gradus medius motus, quo movetur eadem B potentia in tempore, in quo C medium pertransit adaequate, quia cuiuslibet motus uniformiter difformis ad non gradum terminati gradus medius est medietas motus remississimi, qui non est in illo motu totali uniformiter difformi, ut patet facile intelligenti tertium caput secundi tractatus, sed motus proveniens a proportione, quam habet B potentia ad punctum initiativum C medii, est remississimus, qui non est in illo motu totali, quo movetur adaequate in tempore, in quo C medium pertransit, igitur gradus medius motus, quo movetur in tempore, in quo B potentia C medium pertransit, est medietas motus provenientis a proportione, quam habet B potentia ad punctum initiativum C medii. Quod fuit probandum. Consimiliter omnino probabis in omnibus speciebus proportionum, videlicet quod inter punctum initiativum C medii et punctum intrinsecum, ad quod B potentia habet, in qua volueris, specie proportionis proportionem minorem, mediat prima pars proportionalis adaequate C medii divisi in partes proportionales proportione dupla ad illam speciem proportionis.

¶ Hoc supposito probatur antecedens, quod assumptum est in replica. Et sit B potentia, quae C medium invariatur transeundo continuo uniformiter remittit motum suum ad non gradum in extremo intensiori eiusdem C medii, et sit A potentia maior, quaecumque volueris, cuius proportio ad punctum initiativum C medii in extremo remissiori sit in F proportione maior proportione B potentiae ad idem punctum initiativum C medii, et ponatur B potentia ad punctum intrinsecum C medii, ad quod habet proportionem in F proportione minorem proportione eiusdem B potentiae ad punctum initiativum C medii. Et manifestum est, quod proportio ipsius A ad punctum initiativum C medii est in duplici F proportione maior proportione ipsius B ad illud

³Sine recognitis: maiore.

Primi tractatus

punctum intrinsecum c. medii. quia proportionis a. ad punctum initiatium c. medii ad proportionem ipsius b. ad idem punctum initiatium est proportio f. et proportio ipsius b. ad punctum initiatium c. medii ad proportionem eiusdem b. ad punctum illud intrinsecum est etiam proportio f. igitur proportio a. ad punctum initiatium c. medii ad proportionem ipsius b. ad punctum illud intrinsecum est duplex proportio f. incipiant igitur in eodem instanti moueri b. ab illo puncto intrinsecum c. medii: et a. a puncto initiatium continuo per sui variationem in duplici f. proportione velocius quam b. potest: et arguo sic a. potest c. medium inuariatum transeundo continuo vniiformiter remittit motum suum: quia continuo in certa proportione velocius mouetur b. potest continuo sui in motum vniiformiter remittit: et a. et b. eque primo deuenit ad extremum intensus c. medii in quo b. remittit motum suum ad non gradum: et a. potentia continuo successiue remittit potentiam suam: igitur tam a. quam b. c. medium inuariatum transeundo continuo vniiformiter remittit motum suum ad non gradum in extremo intensio f. a. continuo successiue remittente potest suam.

Consequentia patet cum maiore et minore probatur quia totius c. medii ad residuum a puncto intrinsecum ad quod ponitur b. potest est proportio dupla ad ad proportionem f. et a. potest c. medium transeundo continuo in dupla proportione ad f. velocius mouetur quam b. potest: igitur in eodem tempore a. potest pertransit totum c. medium in quo b. potest pertransit residuum a puncto intrinsecum ad quod ponitur: et per consequens a. et b. eque primo deuenit ad extremum intensus c. medii quod fuit probandum. Consequentia patet cum minore: et maior probatur ex prima conclusione quinti capituli prime partis. hoc addito quod inter punctum initiatium c. medii et punctum intrinsecum c. medii ad quod ponitur ipsa potentia b. mediat prima pars proportionalis c. medii diuisi duplici proportione f. quod patet ex hypothesis ista suppositione. Sed quod a. potest transeundo c. medii continuo successiue remittit potest suam eo modo probatur quo sepius probatum est precedenti capitulo: Et sic patet assumptum.

Respondeo igitur ad argumentum cedendo sequelam et negando falsitatem consequentis: et ad probationem nego antecedens: et ad probationem antecedentis nego quod hoc maxime fieret casu quo b. potentia inciperet moueri a puncto initiatium secunde partis proportionales c. medii diuisi in partes proportionales proportione sexquialtera: sed illud fieret casu quo b. potentia inciperet moueri a puncto illo intrinsecum c. medii ad quod habet in duplo minorem proportionem ad proportionem quam habet eadem potentia b. ad punctum initiatium eiusdem c. medii: ut ex deductione replicae facile probari potest.

Quinto contra eandem conclusionem arguitur sic quoniam ubi aliqua potest non variata transeundo medium inuariatum continuo vniiformiter remittit motum suum ad non gradum, omnis maior non variata in infinitum velociter remittit motum suum in eodem modo versus extremum intensus deueniendo: sed si continuo talis potentia maior versus extremum intensus deueniendo remitteretur magis remitteret de motu suo quam si staret: igitur omnis potentia maior que per tale medium continuo remittitur in infinitum velociter remittit motum suum: et per consequens non vniiformiter

Capitulum nonum

quod est contra conclusionem. Consequentia patet per locum a maiori: et maior est quinta conclusio septimi capituli huius tractatus: et minor probatur quia potentia maior que continuo remittitur versus extremum intensus deueniendo maiorem latitudinem motus deperdit transeundo aliquam partem que deperderet eandem transeundo quando continuo maneret inuariata: igitur plus de latitudine motus deperdit quando remittitur que quando non variatur. Antecedens probatur quia quilibet partem transeundo quando remittitur maiorem proportionem deperdit: quoniam deperdit ratione acquisitionis resistentie tantam quantam deperderet si staret inuariata: et insuper perdit aliquam aliam proportionem ratione remissionis sue potentie. igitur maiorem proportionem deperdit transeundo aliquam partem quando remittitur que quando non remittitur. et per consequens maiorem latitudinem motus deperdit transeundo aliquam partem quando remittitur que quando non variatur quod fuit probandum.

Respondeo breuiter concedendo maiorem, et minorem, et negando consequentiam. Et ratio est quia quamuis transeundo aliquam partem versus extremum intensus deueniendo maiorem latitudinem motus deperdit quando remittitur que quando stat inuariata: nichilominus illam perdit tardius. Modo ad hoc quod consequentia valeret oportet assumere quod quando remittitur transeundo aliquam partem velocius deperdit suam velocitatem que quando stat vel eque velociter: et tunc consequentia valeret per locum a maiori: sed tunc negandum esset assumptum.

Sexto contra quintam conclusionem octauo capituli arguitur sic in casu conclusionis a. potentia minor variata que continuo intenditur in infinitum tarde remittit motum suum versus extremum intensus deueniendo: igitur non vniiformiter et per consequens conclusio falsa. Consequentia est nota, et antecedens probatur. et pono quod simul cum ipsa potest a. minore que intenditur in fine maiores ea: minores tamen ipsa potest b. (que inuariata c. medium inuariatum transeundo vniiformiter continuo remittit motum suum ad non gradum) moueantur non variate: taliter que continuo cuius a. deuenit ad aliquod punctum c. medii sit cum eadem potentia a. aliqua illarum potentiarum non variatarum que que pro eodem puncto et in eodem instanti sit equalis ipsi a. et in eodem instanti incipiant moueri ab illo puncto versus extremum intensus ita que continuo a. sit cum alia et alia illarum potentiarum que pro tunc sit equalis illi. Quo posito sic arguetur quod quilibet illarum potentiarum non variatarum quarum quilibet est minor ipsa potest non variata in aliquo puncto intrinsecum c. medii mouendo versus extremum intensus in infinitum tarde remittit motum suum: et potest a. que continuo intenditur, continuo tardius remittit motum suum quam aliqua illarum (et volo quod ly aliqua illarum stet precise confuse tantum et non distributive) igitur ipsa potest a. in infinitum tarde remittit motum suum quod fuit probandum. Consequentia patet, et maior probatur per sextam conclusionem septimi capituli spe allegati: et minorem sic arguo quoniam quocumque instanti dato illius temporis in quo sic mouentur ille potentie, potentia a. est simul cum aliqua illarum potentiarum non variatarum in aliquo puncto intrinsecum c. medii ut patet ex casu: et incipiunt a. et illa alia potentia non variata ab eodem puncto tran-

argumentum calculatory.

punctum intrinsecum C medii, quia proportionis A ad punctum initiativum C medii ad proportionem ipsius B ad idem punctum initiativum est proportio F, et proportionis ipsius B ad punctum initiativum C medii ad proportionem eiusdem B ad punctum illud intrinsecum est etiam proportio F, igitur proportionis A ad punctum initiativum C medii ad proportionem ipsius B ad punctum illud intrinsecum est duplex proportio F. Incipiant igitur in eodem instanti moveri B ab illo puncto intrinseco C medii, et A a puncto initiativo continuo per sui variationem in duplici F proportionem velocius quam B potentia, et arguo sic: A potentia C medium invariatur transeundo continuo uniformiter remittit motum suum, quia continuo in certa proportionem velocius movetur B potentia continuo suum motum uniformiter remittente, et A, et B aequae primo deveniet ad extremum intensius C medii, in quo B remittit motum suum ad non gradum, et A potentia continuo successive remittit potentiam suam, igitur tam A quam BC medium invariatur transeundo continuo uniformiter remittit motum suum ad non gradum in extremo inferiori A continuo successive remittente potentiam suam.

Consequentia patet cum maiore, et minor probatur, quia totius C medii ad residuum a puncto intrinseco, ad quod ponitur B potentia, est proportio dupla [...] ad proportionem F, et A potentia C medium transeundo continuo in dupla proportionem ad F velocius movetur quam B potentia, igitur in eodem tempore A potentia pertransit totum C medium, in quo B potentia pertransit residuum a puncto intrinseco, ad quod ponitur, et per consequens A, et B aequae primo devenerit ad extremum intensius C medii. Quod fuit probandum. Consequentia patet cum minore, et maior probatur ex prima conclusione quinti capitis primae partis, hoc addito, quod inter punctum initiativum C medii et punctum intrinsecum C medii, ad quod ponitur ipsa potentia B, mediat prima pars proportionalis C medii divisi duplici proportionem F, quod patet ex hypothesi iuncta suppositione. Sed quod A potentia transeundo C medium continuo successive remittit potentiam suam, eo modo probatur, quo saepius probatum est praecedenti capite. Et sic patet assumptum.

Respondeo igitur ad argumentum concedendo sequelam et negando falsitatem consequentis, et ad probationem nego antecedens, et ad probationem antecedentis nego, quod hoc maxime fieret [in] casu, quo B potentia inciperet moveri a puncto initiativo secundae partis proportionalis C medii divisi in partes proportionales proportionem sexquialtera, sed illud fieret [in] casu, quo B potentia inciperet moveri a puncto illo intrinseco C medii, ad quod habet in duplo minorem proportionem ad proportionem, quam habet eadem potentia B ad punctum initiativum eiusdem C medii, ut ex deductione replicae facile probari potest.

Quinto contra eandem conclusionem arguitur sic, quoniam ubi aliqua potentia non variata transeundo medium invariatur continuo uniformiter remittit motum suum ad non gradum, omnis maior non variata in infinitum velociter remittit motum suum in eodem medio versus extremum intensius deveniendo, sed si continuo talis potentia maior versus extremum intensius deveniendo remitteretur magis remitteret de motu suo, quam si staret, igitur omnis potentia maior, quae per tale medium continuo remittitur, in infinitum velociter remittit motum suum et per con-

sequens non uniformiter, | quod est contra conclusionem. Consequentia patet per locum a maiori, et maior est quinta conclusio septimi capitis tractatus, et minor probatur, quia potentia maior, quae continuo remittitur vers[u]s extremum intensius deveniendo, maiorem latitudinem motus deperdit transeundo aliquam partem, quam deperderet eandem transeundo, quando continuo maneret [in]variata. Igitur plus de latitudine motus deperdit, quando remittitur, quam quando non variatur. Antecedens probatur, quia quamlibet partem transeundo, quando remittitur, maiorem proportionem deperdit, quoniam deperdit ratione acquisitionis resistentiae tantam, quantam deperderet, si staret invariata, et insuper perdit aliquam aliam proportionem ratione remissionis suae potentiae. Igitur maiorem proportionem deperdit transeundo aliquam partem, quando remittitur, quam quando non remittitur. Et per consequens maiorem latitudinem motus deperdit transeundo aliquam partem, quando remittitur, quam quando non variatur. Quod fuit probandum.

Respondeo breviter concedendo maiorem et minorem et negando consequentiam. Et ratio est, quia quamvis transeundo aliquam partem versus extremum intensius deveniendo maiorem latitudinem motus deperdat, quando remittitur, quam quando stat invariata, nihilominus illam perdit tardius. Modo ad hoc, quod consequentia valeret, oportet assumere, quod quando remittitur transeundo aliquam partem velocius deperdit suam velocitatem, quam quando stat vel aequae velociter, et tunc consequentia valeret per locum a maiori, sed tunc negandum esset assumptum.

Sexto contra {quartam}⁴ conclusionem octavi capitis arguitur sic: in casu conclusionis A potentia minor variata, quae continuo intenditur, in infinitum tarde remittit motum suum versus extremum intensius deveniendo, igitur non uniformiter, et per consequens conclusio falsa. Consequentia est nota, et antecedens probatur, et pono, quod simul cum ipsa potentia A minore, quae intenditur infinite, maiores ea – minores tamen ipsa potentia B, (quae invariata C medium invariatur transeundo uniformiter continuo remittit motum suum ad non gradum) – moveantur non variatae taliter, quod continuo cum A devenerit ad aliquod punctum C medii, sit cum eadem potentia A aliqua illarum potentiarum non variatarum, quae, quae pro eodem puncto et in eodem instanti sit aequalis ipsi A, et in eodem instanti incipiant moveri ab illo puncto versus extremum intensius, ita quod continuo A sit cum alia et alia illarum potentiarum, quae pro tunc sit aequalis illi. Quo posito sic argumentor: quaelibet illarum potentiarum non variatarum, quarum quaelibet est minor ipsa potentia non variata in aliquo puncto intrinseco C medii movendo versus extremum intensius, in infinitum tarde remittit motum suum, et potentia A, quae continuo intenditur, conti[n]uo tardius remittit motum suum quam aliqua illarum, (et volo, quod ly „aliqua illarum“ stet praecise confuse tantum, non distributive), igitur ipsa potentia A in infinitum tarde remittit motum suum. Quod fuit probandum. Consequentia patet, et maior probatur per sextam conclusionem septimi capitis praediligati, et minorem sic arguo, quoniam quocumque instanti dato illius temporis, in quo sic moventur illae potentiae, potentia A est simul cum aliqua illarum potentiarum non variatarum in aliquo puncto intrinseco C medii, ut patet ex casu, et incipiunt A et illa alia potentia non variata ab eodem puncto transire

⁴Sine recognitis: quintam.

Finis de motu penes causā in medio difformit difformi.

stre idem spactum: et a. continuo intenditur: et alia potentia nō: sed manet inuariata: igitur a. tardius remittit motum suū quam illa potentia: et sic potētia a. continuo tardius remittit motum suū quam aliqua illarum (est q̄ ly aliqua illarum fiet confu se vt dictum est). Consequentia tēmen patet qz intensio potentie impedit remissionē motus: sed ipsa a. potentia continuo intenditur: alia vero potētia nō: igitur sua intensio impedit remissionem motus

Respondeo negando antecedens videlicet q̄ a. in infinitū tarde remittit motum suū: et ad probationē admissio casu concedo maiorem: et nego minorem. In nullo enim tēpore a. cōtinuo tardius remittit motum suū quam aliqua illarum potentiarum (etiam si ly aliqua illarum supponat cōfufe tantū) et ad probationem minoris nego consequentiā. et ad probationē nego q̄ vniuersaliter intensio potentie impediāt remissionem motus in eodem tēpore. Volo dicere q̄ fiat q̄ due potentie sint equales: et incipiant ab eodē puncto remittere motum suū: et vna intenditur: et alia nō: tamen illa que intenditur velocius remittat motum suū q̄ illa que nō intenditur in eodem tempore. Et etiā potest stare oppositum vt apparebit inferius: sed bene concedo q̄ intensio potentie impedit remissionem idē spacium adequatē transeundo. Volo dicere q̄ si aliqua potētia transeundo vnam certam partē illius c. medii remitteret motum suū si maneret nō variata: dico q̄ eandem partem transeundo quando intenditur nō tantū remitteret motum suū vt sep̄us dictum est. Sed isto modo intelligēdo probatio nō procedit qz velocitas et tarditas remissionis latitudinis motus debet attendi penes tēpus in quo fit et nō penes spacium in quo fit vt patz in diffinitione velocis et tardi sextophisicorū. ¶ Ex his sequitur primo q̄ fiat duas potētias equales incipere moueri ab eodē puncto alicuius medii in eodē instanti. Secundus idē punctū quarū vna intenditur: et alia nō variatur: et se habere tripliciter. Vno modo q̄ potentia nō variata remittat motum suū: et alia que intēditur in potētia continuo moueatur vniiformiter: vt si tantū pportionē acquirat per intensiōne potentie quanta deperdit per acquisitionē resistentie. Secūdo modo possunt se ita habere q̄ nō variata continuo remittat motū suū: et illa que intenditur continuo intendat motū suū idē mediū transeundo: vt est q̄ maiorē pportionē acquirat per sui intensiōnem quam deperdat per acquisitionē resistentie. Tertio modo possunt se habere taliter q̄ nō variata continuo remittat motū suū: et altera que intenditur similiter continuo remittat motum suū: vt post q̄ illa que intēditur maiorē pportionem deperdat per acquisitionē resistentie q̄ acquirat per intensiōnem potentie. ¶ Sequitur secundo q̄ fiat duas potētias equales incipere moueri ab eodē puncto versus idem punctū medii per quod vtrāqz cōtinuo remittit motum suū: et vnam intendi et aliam manere inuariatam: et tamen illam que intenditur tardius remittere motum suū. ¶ Probatur et sit b. potentia que nō variata c. medii inuariatū pertransit vniiformiter cōtinuo remittando motum suū: et a. potētia equalis ei ponatur in puncto intrinseco c. medii ad quod a. potentia habet in h. pportione pportionē minorē quā b. potētia habeat ad punctū initiatiuū c. medii: et moueatur b. potētia a puncto initiatiuo c. medii: et a. potentia simul a puncto intrinseco ad quod habet in h. pportione pportionē minorē: cōtinuo in h. pportione tardius mouendo quā b. potentia: et manifestum est q̄ a. potentia cōtinuo vni-

iformiter remittit motum suū in h. pportione tardius q̄ b. potentia: et anteq̄ b. attingat a. continuo a. intēdit potētiā suam. Incipiat igitur vna a lta potentia equalis ipsi a. simul in eodem instanti ab eodem puncto versus idem punctum inuariata moueri cum a. potentia intendente continuo postqz suam: et clarum est q̄ vtrāqz illarum vniiformiter remittit motū suū: et a. potētia continuo intendēs potētiā suam continuo in h. pportione tardius vt ex dictis in octauo capite facile pbari potest: igitur correlarium verum. ¶ Sequitur tertio q̄ fiat duas potētiās equales incipere moueri in eodem instanti: ab eodem puncto: versus idem punctum: alicuius medii per quod vtrāqz continuo remittit motum suū: et vnam illarum manere inuariatam et aliam continuo remitti: et tamen illam que continue remittitur velocius continuo remittere motū suū. ¶ Probatur correlarium casu prioris correlarii retento: hoc addito q̄ b. potētia ponatur in puncto intrinseco c. medii: et a. potētia equalis ei in puncto initiatiuo: et simul in eodem instanti ab illis punctis incipiant moueri a. continuo in ea pportione velocius in qua pportio ipsius a. ad punctū initiatiuū est maior pportione ipsius b. ad punctū intrinsecum c. medii ad quod ponitur cum alia potentia ei equali inuariata. Quod posito ex dictis in octauo capite facile probatur correlarium. Et hec de motu penes causam in medio difformiter difformi variato: et inuariato: potentia variata: et quiescente: dicta sufficiant.

5. corref.

pbus. 6. phi. l. corref.

1. corref.

¶ Sequitur de motu locali penes causam in medio vniiformiter difformiter quiescente: potētia cōtinuo variata. ¶ Capitulum decimum in quo ostenditur: et traditur noticia velocitatis motus penes causam in medio vniiformiter difformi quiescente: potentia continuo variata.

Consequenter dicendum est de velocitate motus qui fit in medio vniiformiter difformi quiescente variata tamen continuo potentia: insequendo calculatoz in secūdo capitulo de medio nō resistente: quāuis illud caput nō debet dici siue inscribi de medio non resistente: qz in eo non agitur nisi de medio vniiformiter difformiter resistente. ¶ Ad inducendas igitur cōclusiones: vnicam premitto suppositionem.

In omni latitudine vniiformiter difformi: oim duar partū equaliū extremū intēsiū p equalē latitudinē excedit extremū remissiuū. ¶ Probatur qz cuiuslibet latitudinis vniiformiter difformis vtriusqz medietatis extremū intēsiū per equalē latitudinem excedit extremū suū remissiuū: et cuiuslibet tertie extremum intensius per equalē latitudinem excedit extremū remissiuū: et cuiuslibet quarte et cuiuslibet quinte. et sic de quibuscūqz aliis partibus equalibus. siue partes aliquote sint siue non igitur in latitudine vniiformiter difformi oim duarum partū equaliū extremū intensius per equalē latitudinem excedit extremū remissiuū. Consequentia patz: et probatur antecedens: qz captis duabus medietatibus extremū intensius intensiōis p equalē latitudinē excedit extremū remissiuū eiusdē: sicut extremū intēsius remissiuōis medietatis extremū remissiuū eiusdē remissiuōis medietatis vel nō gradū. Quod probatur sic quia extremū intensius medietatis remissiuōis est q̄dus medii inter extremū intēsius intēsiōis medietatis et extremū remissiuū

h. l.

idem spatium, et A continuo intenditur, et alia potentia non, sed manet invariata. Igitur A tardius remittit motum suum quam illa potentia, et sic potentia A continuo tardius remittit motum suum quam aliqua illarum (esto, quod ly „aliqua illarum“ stet confuse, ut dictum est). Consequentia tamen patet, quia intensio potentiae impedit remissionem motus, sed ipsa A potentia continuo intenditur, alia vero potentia non, igitur sua intensio impedit remissionem motus

Respondeo negando antecedens videlicet, quod a. in infinitum tarde remittit motum suum, et ad probationem admissio casu concedo maiorem, et nego minorem. In nullo enim tempore a. continuo tardius remittit motum suum quam aliqua illarum potentiarum (etiam si ly aliqua illarum supponat confuse tantum) et ad probationem minoris nego consequentiam, et ad probationem nego, quod universaliter intensio potentiae impedit remissionem motus in eodem tempore. Volo dicere, quod stat, quod duae potentiae sint aequales, et incipiant ab eodem puncto remittere motum suum, et una intenditur, et alia non, tamen illa quae intenditur velocius remittat motum suum quam illa quae non intenditur in eodem tempore. Et etiam potest stare oppositum ut apparebit inferius, sed bene concedo, quod intensio potentiae impedit remissionem idem spatium adaequate transeundo. Volo dicere, quod si aliqua potentia transeundo unam certam partem illius C medii remitteret motum suum si maneret non variata, dico, quod eandem partem transeundo quando intenditur non tantum remitteret motum suum, ut saepius dictum est. Sed isto modo intelligendo probatio non procedit, quia velocitas et tarditas remissionis latitudinis motus debet attendi penes tempus, in quo fit, et non penes spatium, in quo fit, ut patet in definitione „velocis“ et „tardi“ sexto physicorum. ¶ Ex his sequitur primo, quod stat duas potentias aequales incipere moveri ab eodem puncto alicuius medii in eodem instanti versus idem punctum, quarum una intenditur, et alia non variatur, et se habere tripliciter. Uno modo, quod potentia non variata remittat motum suum, et alia, quae intenditur in potentia, continuo moveatur uniformiter, ut si tantam proportionem acquirat per intensionem potentiae, quantam deperdit per acquisitionem resistentiae. Secundo modo possunt se ita habere, quod non variata continuo remittat motum suum, et illa, quae intenditur, continuo intendat motum suum idem medium transeundo, ut esto, quod maiorem proportionem acquirat per sui intensionem, quam deperdat per acquisitionem resistentiae. Tertio modo possunt se habere taliter, quod non variata continuo remittat motum suum, et altera, quae intenditur, similiter continuo remittat motum suum ut posito, quod illa, quae intenditur, maiorem proportionem deperdat per acquisitionem resistentiae, quam acquirat per intensionem potentiae. ¶ Sequitur secundo, quod stat duas potentias aequales incipere moveri ab eodem puncto versus idem punctum medii, per quod utraque continuo remittit motum suum, et unam intendi et aliam manere invariata, et tamen illam, quae intenditur, tardius remittere motum suum. Probatur, et sit B potentia, quae non variata C medium invariata pertransit uniformiter continuo remittendo motum suum, et A potentia aequalis ei ponatur in puncto intrinseco C medii, ad quod A potentia habet in H proportione proportionem minorem, quam B potentia habeat ad punctum initiativum C medii, et moveatur B potentia puncto initiativo C medii, et A potentia simul a puncto intrinseco, ad quod habet in H proportione proportionem minorem, continuo in H proportione tardius movendo quam B potentia, et manifestum est, quod A potentia continuo

uniformiter | remittit motum suum in H proportione tardius quam B potentia, et antequam B attingat A, continuo A intendit potentiam suam. Incipiat, igitur una alia potentia aequalis ipsi A simul in eodem instanti ab eodem puncto versus idem punctum invariata moveri cum A potentia intendente continuo potentiam suam, et clarum est, quod utraque illarum uniformiter remittit motum suum, et A potentia continuo intendens potentiam suam continuo in H proportione tardius, ut ex dictis in octavo capite facile probari potest. Igitur correlarium verum. ¶ Sequitur tertio, quod stat duas potentias aequales incipere moveri in eodem instanti ab eodem puncto versus idem punctum alicuius medii, per quod utraque continuo remittit motum suum, et unam illarum manere invariata et aliam continuo remitti et tamen illam, quae continu[o] remittitur, velocius continuo remittere motum suum. Probatur correlarium casu prioris correlarii retento, hoc addito, quod B potentia ponatur in puncto intrinseco C medii, et A potentia aequalis ei in puncto initiativo, et simul in eodem instanti ab illis punctis incipiant moveri, A continuo in ea proportione velocius, in qua proportio ipsius A ad punctum initiativum est maior proportione ipsius B ad punctum intrinsecum C medii, ad quod ponitur cum alia potentia ei aequali invariata. Quo posito ex dictis in octavo capite facile probatur correlarium. Et haec de motu penes causam in medio difformiter difformi variato et invariato – potentia variata et quiescente – dicta sufficiant.

¶ Sequitur de motu locali penes causam in medio uniformiter difformi quiescente potentia continuo variata.

10. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils

Capitulum decimum, in quo ostenditur et traditur notitia velocitatis motus penes causam in medio uniformiter difformi quiescente potentia continuo variata

Consequenter dicendum est de velocitate motus, qui fit in medio uniformiter difformi quiescente, variata tamen continuo potentia, insequendo calculatorem in secundo capitulo de medio non resistente, quamvis illud caput non debet dici sive inscribi de medio non resistente, quia in eo non agitur, nisi de medio uniformiter difformiter resistente. ¶ Ad inducendas igitur conclusiones unam praemitto suppositionem.

In omni latitudine uniformiter difformi omnium duarum partium aequalium extremum intensius per aequalem latitudinem excedit extremum remissius. Probatur, quia cuiuslibet latitudinis uniformiter difformis utriusque medietatis extremum intensius per aequalem latitudinem excedit extremum suum remissius et cuiuslibet tertiae extremum intensius per aequalem latitudinem excedit extremum remissius et cuiuslibet quartae et cuiuslibet quintae et cetera et sic de quibuscumque aliis partibus aequalibus sive partes aliquotae sint, sive non. Igitur in latitudine uniformiter difformi omnium duarum partium aequalium extremum intensius per aequalem latitudinem excedit extremum remissius. Consequentia patet, et probatur antecedens, quia captis duabus medietatibus extremum intensius intensioris per aequalem latitudinem excedit extremum remissius eiusdem, sicut extremum intensius remissioris medietatis extremum remissius eiusdem remissioris medietatis vel non gradum. Quod probatur sic, quia extremum intensius medietatis remissioris est gradus medius inter extremum intensius intensioris medietatis et extremum remissius